Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ZEthy sterilis: et ambo processissent in diebus suis
Factum est autem cum sacerdotio fungeretur in or
dine suo coram deo secundum consuetudinem
sacerdotij sorte exiit: ut incensum poneret
ingressus in templum domini Et omnis multitu
do erat populi orans foris hora incensi Apparuit autem illi angelus domini: stans a dextris
altaris incensi Et zacharias turbatus est
uidens: et timor irruit super eum Dixit autem ad
illum angelus Ne timeas zacharia quoniam ex
audita est deprecatio tua: et elyzabeth uxor
tua pariet tibi filium: et uocabis nomen
eius iohannem Et erit gaudium tibi et exul
tatio: et multi in natiuitate eius gaudebunt
Erit enim magnus coram domino: et uinum et si
ceram non bibet: et spiritu sancto replebitur ad
huc ex utero matris suae: et multos filiorum
israel conuertet ad dominum deum ipsorum Et ipse pre
cedet ante illum in spiritu et uirtute helyae: ut
conuertat corda patrum in filios: et incre
dulos ad prudentiam iustorum: parare domino
plebem perfectam Off: Glia et hon. Secreta Munera
populi tui domine propitiatus intende: et beati io
hannis baptiste cuius nos tribus prestare so
lempnia hac gaudere suffragijs P commun
Magna est gloria compl Confecrat nobis domine
sancti iohannis baptiste sacrata solempni
tas ut et magnifica sacramenta quae sumpsi
mus digne uenerenur: et nobis salutaria sentiamus P dominum nostrum iesum xpm fi
lium tuum In die sancto ad porcem missam